

trum, que ad preposituram pertinebant, Promisit eciam sepedictus magister .B. prepositus, se responsurum et satisfacturum haquino ælisiuæ son de denarijs quos ipse soluit de suo, ormero dicto piakn pro predijs jn kolzthorp, ex parte domini .B. tunæ son prepositi, pro predijs que dictus haquinus emit de ipso preposito jn barenu, Adiecit jnsuper memoratus magister .B. quod si dicte domine, J. O. et E. vel heredes earum composicionem predictam, jn aliquo cassare, vel immutare temptauerint, composicio predicta, nullam habeat firmitatem, sed eo ipso ipsi .B. preposito, et suis successoribus, ad predia prepositure supratacta, et alibi si inueniantur, liber et licitus sit regressus, Ne igitur super premissis, aliqua possit in posterum dubietas suborirj sigillum nostrum et sigillum, jpsius magistri benedicti prepositi scarensis, presentibus sunt appensa, jn testimonium et euidentiam premissorum pleniorum. Datum leckiu. Anno. domini. M^o. CCC^o. IX^o. X. kal. Maij.

Sigillen något skadade.

1621.

1309 d. 23 Apr.

Enkan KATHARINAS Testamente af en del i Hiernistad till Alvastra kloster, för grafställe derstädes.
A. 3. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis, KATERINA relicta LAURENCIJ de hiernistadhūm, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facio vniuersis, quod monachis in aluastro apud quos sepeliri eligo, octauam partem vnus octenarij in hiernistadhūm nomine testamenti confero post mortem meam perpetuo possidendam, Jn cuius rei euidentiam, quia sigillum proprium non habeo, sigilla discretorum virorum domini iohannis de grennum, et asmundi dicti laangh duxi presentibus apponenda, Datum anno domini, M^o, CCC^o, IX, die beati georgij martiris.

Sigillen med de ur brefvet klippta remsorna bortfallna.

1622.

1309 d. . . Maj.

Leckö.

Biskopen i Skara BRYNOLFS intyg om den mellan Domprosten Bengt och förre Domprosten Bengt Tunæsons systrar gjorda öfverenskommelse, rörande de gods Bengt Tunæson afskiljt från Domprostieriet.

A. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNIULPHUS dej gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod
Ma-

Magister benedictus prepositus scarensis in presencia nostra constitutus, publice recognouit se fecisse cum nobilibus dominabus, jngibyrge, olaua et helena, sororibus domini .B. tunæ son condam prepositi scarensis, super permutacionibus, et donacionibus prediorum prepositure scarensi pertinencium per ipsum dominum .B. fratrem ipsarum factis, sine scitu nostro et assensu, compositionem amicabilem per hunc modum, videlicet, quod dictus magister .B. nomine prepositure, et singuli sui successores, debent habere jure perpetuo, colonias a quocunque et qualitercunque emptas vel conquisitas, que sequuntur, videlicet hælistaðar, bilistaðar, nordby, sitas in thørsø, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, et coloniam in louene cum agro in karlæby, quem dominus .B. tunæ son prepositus emit de gæsæ, nec non et coloniam, in eliðruboðom, cum omnibus pertinencijs coloniarum predictarum intra sepes et extra, ubicunque situatis, hac condicione scilicet, quod idem magister .B. prepositus et singuli sui successores, ratas et gratas habere debent in perpetuum permutaciones, donaciones seu alienaciones quascunque prediorum, per dictum dominum .B. tunæ son condam prepositum predecessorem suum, factas in vlleruj et præstryð, vel locis alijs quibuscunque, Ad hec insuper renunciavit memoratus magister .B. nunc prepositus, suo et successorum suorum nomine omni juri quod sibi compecijt in predijs touæthorp, hagryðæthorp, et lutrum, que ad preposituram scarensensem de jure pertinebant, Promisit eciam sepe dictus magister .B. prepositus se soluturum haquino alisiuæ son triginta duas marchas quas ipse haquinus soluit ormero dicto piakn, de illis quinquaginta marchis quas idem haquinus tenebatur domino .B. tunæ son preposito, pro predijs in barenu, et pro .XVIII. marchis residuis de precio prediorum in barenu, debuit sepe dictus .ha. resumere missalem suum, quem sepe dicto domino preposito, pro .XVIII. marchis similiter persoluebat, Item adiecit idem magister .B. nunc prepositus quod si dicte domine .J. O. et .E. vel heredes ipsarum, compositionem predictam in aliquo cassare, vel imutare temptauerint, *composicio predicta nullam habeat firmitatem*, sed eo ipso, ipsi magistro .B. et suis successoribus, ad predia prepositure supratacta, et alia quecumque, minus iuste alienata, *liber et licitus sit regressus*, Ne igitur super premissis aliqua possit in posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum et sigillum ipsius magistri .B. nunc prepositi . . . sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa, in testimonium et euidentiam pleniorum, Datum Lecky. anno domini. M^o. CCC. scensionis eiusdem *).

På frânsidan: Littera super quadam permutacione de bonis prepositure cum dominabus jngibyrge olaua et helena sororibus domini benedicti tunason quondam prepositi scarensis.

Sigillen N:o 1 och 3 skadade, N:o 2 borta, remsan kvar.

*) Kanten af brefvet är bortfrätt. Fastän årtalet är ofullständigt, gifver likväl öfverensstämmelsen med föreg. N:o 1620 tillräcklig anledning, att under detta år intaga detsamma.